Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

matum. atque utinam taceretis ut putaremini esse sapien
tes. Audite ergo correptiones meas. et iudicium labiorum me
orum attendite. Nunquid deus indiget uestro mendatio. ut pro il
lo loquamini dolos. Nunquid faciem eius accipitis. et pro deo iudi
care nitimini. Aut placebit ei quem celare nichil potest.
aut decipietur ut homo uestris fraudulentiis. Ipse uos arguet.
quoniam in abscondito faciem eius accipitis. Statim ut se commouerit
turbabit uos. et terror eius irruet super uos. Memoria uestra com
parabitur cineri. et redigentur in lutum ceruices uestre. Tacete
paulisper. ut loquar quecunque mihi mens suggesserit. Quare
lacero carnes meas dentibus meis. et animam meam porto in
manibus meis. Etiam si occiderit me. in ipso sperabo. Verum
tamen uias meas in conspectu eius arguam. et ipse erit salua
tor meus. Non enim ueniet in conspectu eius malignus. et omnis
ypocrita. Audite sermonem meum. et enigmata percipite
auribus uestris. Quis est qui iudicet mecum. Veniat. Quare (Si fuero iudicatus scio quod iustus inueniar.)
tacens consumor. Duo tantum ne facias mihi. et tunc a facie
tua non abscondar. Manum tuam longe fac a me. et for
mido tua non me terreat. Voca me et respondebo tibi.
aut certe loquar. et tu responde mihi. Quantas habeo iniquitates
et peccata. scelera mea et delicta ostende mihi. Cur faci
em tuam abscondis. et arbitraris me inimicum tuum. Contra
folium quod a uento rapitur ostendis potentiam tuam. et stipulam
siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines. et consu
mere me uis peccatis adolescentie mee. Posuisti in neruo pedem
meum et obseruasti omnes semitas meas. et uestigia pedum meorum
considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum. et quasi uestis que come
ditur a tinea. Homo natus de muliere breui uiuens tempore
repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit
uelut umbra. et nunquam in eodem statu permanet. Et dignum
ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos. et adducere eum
tecum in iudicium. Quis potest facere mundum de inmundo
(lib. xii.) conceptum semine. Nonne tu qui solus es. Breues dies hominis sunt. numerus
mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius qui preteriri non poterunt. Reced